

THEOLOGO FLORENTIAE ALME UNIVERSITATIS

In Dei Nomine Amen

Nos infrascripti Sacrae Florentinae Universitatis Theologorum Decanus et Cancellarius universis ac singulis praesentis Literas inspecturis fidem facinus et attestamus; quatenus annuente Illmo ac Rdmō D.D. Petro Francisco Morali Archiepiscopo Florentino Pontificia ac Cesarea auctoritate ejusdem Universitatis perpetuo Praesidente et Praefecto, sub Decanatu Exc. Pat. Mag. Ambrosij **Battini**, *Ordinis Servorum B. M. N.*

Protonotarij Apost. Exc. Pat. Mag. **Antonius Laurentus Brunacci** Prior S. Petri vulgo ... de Fler. ... Apost. Die 21. Mensis Junij. Anni MDCCCXV., in Ecclesia ... jam in Pisana e Academia, die 27 Maij 1754, Auris retriusque. Dodorati Laurea donatus, unanimi ... EE. PP. Suffragio, in idem Theologorum Collegium cooptatus fuit, et albo Universitatis inscriptus. Consueta vero honoris gradus ac dignitatis huius insignia, galerum nempe Protonotariorum Apostolicorum, epomidem sive mozzettam, annulum, Libros, amplexum et vota ab Exc. Pat. Mag. Aureliae Ang. Cappetti Ord. Camald. Protonotario ... Promotore suo necessariis et opportunis facultatibus insignito recepit. Quapropter notum facimus et dedaramus, cumdem Exc. Pat. Mag. **Antonium Laur. Brunacci** juxta tenorem Bullarum Summorum Pontificum Clementis VI, Bonifacii IX, Eugenii IV, Leoni X, Benedicti XIII, et **PII VII**; nec non Diplomatis Caroli IV Romanorum Imperatoris, ubique gentium omnibus ac singulis privilegiis, immunitatibus, exemptionibus, praerogativis, honoribus, favoribus, gratis et indultis, quibus alii in Parisiensi, Pataviensi, Bonomiensi alisque famosis studiorum Universitatibus ad talem gradum rite promoti, ac tali Laurea insigniti utuntur; potiuntur; et gaudent, uti, potiri, et gaudere posse ac ... aliqua ex dictis Universitatibus gradus insignia et Lauream accepissit. Quae quidem praeclara ingenii, doctrinaeque ornamenta ac privilegia Libentissime eidem concessa ... et ut ad majorem Dei Gloriam, ipsius decus, communenque faustitatem dirigantur.

In quorum fidem, ut perenne robur ac indubium testimonium accedat, praesentes Literas manu nostra subscriptas, consuetoque Sigillo munitas dedimus ... ntae ex nostro Archivio in Archiepiscopali Curia die **21 Mensis Junii**. **Anno D.** **MDCCCXV**

TIMBRO

Ambrosius Battini Prot. Ap. ... Decanus
Carulus Rossini Prot. Ap. Universit. Cancellarius